

*Accepistis Spíritum adoptionis filiorum,
in quo clamamus: Abba, Pater.*

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Romáños 8, 14-17

Fratres:

¹⁴ Quicúmque Spíritu Dei agúntur,
hi filii Dei sunt.

¹⁵ Non enim accepístis spíritum servitútis
íterum in timórem,
sed accepístis Spíritum adoptiónis filiórū,
in quo clamámus: «Abba, Pater!».

¹⁶ Ipse Spíritus testimónium reddit una cum spíritu nostro
quod sumus filii Dei.

¹⁷ Si autem filii, et herédes:
herédes quidem Dei, coherédes autem Christi,
si tamen compátimur,
ut et conglorificémur.

Verbum Dómini.